

riam interpretabantur, et de hac apud regem cum stomacho, et penè cum convicio querebantur. Quibus viri Juda cum aliquà etiam animorum offensione responderunt.

VERS. 42. — QUIA MIHI PROPRIOR EST REX. Propior dicitur, qui quovis modo cum altero conjunctus est, aut sanguine, aut loco, aut etiam morum studiorumque similitudine. Cùm igitur cognatione, et genere magis esset conjunctus David cum viris Juda, utpote illis contritulis, simul etiam illis eo nomine propior appellari potuit. Deinde quia propior etiam loco, quia Jerusalem, ad quam rex triumphalem moliebatur incessum, erat in tribu Juda, atque ideò ex eà familià commodius obviam prodire poterant, quàm qui distabant longius. Et hæc causa gravissima visa est, ut invidiam levaret, et offensionem, si qua ex occurso illo festinato nasceretur.

NUMQUID COMEDIMUS ALIQUID EX REGE, AUT MUNERA NOBIS DATA SUNT? Quod ex benevolentia nascitur, aut ex aliquà generis, aut societatis conjunctione, honestam habet causam, quam nemo sanus reprehendere, nemo improbare jure possit: secus esset si avaritiæ studium, ambitionis æstus, aut aliqua privata commoditas impelleret. At neque ad victum quicquam sumpserunt ex regio fisco, neque munera à regià liberalitate acceperunt, sperantve, neque in eo officio, atque observantià aliquid aliud sibi proposuere, quam ostendere regi, quo in illum sint studio, et quantam ex illius secundo eventu, redituque felici conceperint animo lætitiã.

VERS. 43. — DECEM PARTIBUS MAJOR EGO SUM. Rationibus virorum Juda eam reliquæ tribus rationem opponunt, quòd multò plures sint,

CAPUT XX.

1. Accidit quoque ut ibi esset vir Belial nomine Seba, filius Bochri, vir Jemineus; et cecinit buccinã, et ait: Non est nobis pars in David neque hæreditas in filio Isai; revertere in tabernacula tua, Israel.

2. Et separatus est omnis Israel à David, secutusque est Seba filium Bochri; viri autem Juda adhæserunt regi suo à Jordane usque Jerusalem.

3. Cùmque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas quas dereliquerat ad custodiendam domum, et tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens; et non est ingres-

decem nimirum partibus; dicerent, opinor, undecim, nisi tribus Levi omnibus esset intermixta, et multò plures essent in tribu Juda, propter tabernaculum; et arcam, quam in quâlibet aliarum tribuum. Multitudinem itaque propinquitati tam loci, quàm sanguinis obtendunt. (1)

DURIUS AUTEM RESPONDERUNT VIRI JUDA VIRIS ISRAEL. Quid responderint viri Juda, non habemus è textu. hoc unum habemus respondisse durius: quæ responsio parùm fuit in illum rerum articulum opportuna. Ex illâ enim gravis quædam orta est seditio, de quâ sequenti capite. Hic tu observa nihil esse tam dulce, ac lætum, cui non sit admixtum aliquid amari; et verè appellari potest, quod lætum est in rebus, quantumcumque illud videatur ex omni parte fortunatum, ἡδονὴ πικρῶν, id est, aliquid ex dulci amaroque compositum. In ipsis etiam sacris, religiosisque conventibus, in communibus precibus, pro dolor, et pudor! contentio est de loco, de ordine et de rebus prudentium judicio omninò vanissimis. Accidit aliquid simile Judic. cap. 12. Nam cùm Jephthæ devictis Ammonitis rediret lætus, et triumphans, Ephraimitæ, quod ad illud bellum invitati non essent, seditionem excitârunt, quæ reddidit cruentam illam victoriam, et ex Ephraimitide tribu multa hominum millia delevit.

(1) NON MIHI NUNTIATUM EST PRIORI, UT REDUCEREM REGEM MEUM. Reddi potest Hebræus: *Nomme prima locuta sum ad regem deducendum.* Constat utique tribus Israelis inter se de rege deducendo deliberasse, antequàm Juda id susciperet. Hinc David per destinatos viros eam tribum sollicitavit: *Quare novissimi reducit is regem?*

(Calmet.)

CHAPITRE XX.

1. Il arriva aussi qu'il se trouvait un homme de Belial, nommé Séba, fils de Bochri, de la ville de Jémini, et il commença de sonner de la trompette, et dit: Nous n'avons point de part avec David, ni d'héritage avec le fils d'Isai, Israël, retournez chacun dans votre tabernacle.

2. Ainsi tout Israël se sépara de David, et suivit Séba, fils de Bochri; mais ceux de Juda demeurèrent toujours auprès du roi, et l'accompagnèrent depuis le Jourdain jusqu'à Jerusalem.

3. Le roi, étant revenu dans son palais à Jerusalem, commanda que les dix concubines qu'il avait laissées pour le garder, fussent ren-

stus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis suæ, in viduitate viventes.

4. Dixit autem rex Amasæ: Convoca mihi omnes viros Juda in diem tertium, et tu adesto præsens:

5. Abiit ergo Amasa ut convocaret Judam, et moratus est extra placitum quod ei constituerat rex.

6. Ait autem David ad Abisai: Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri quàm Absalom; tolle igitur servos domini tui, et persequere eum, ne fortè inveniat civitates munitas, et effugiat nos.

7. Egressi sunt ergo cum eo viri Joab, Cerethi quoque et Phelethi; et omnes robusti exierunt de Jerusalem ad persequendum Seba filium Bochri.

8. Cùmque illi essent juxta Lapidem Grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porrò Joab vestitus erat tunica strictâ ad mensuram habitûs sui, et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vaginâ, qui fabricatus levi motu egredi poterat et percutere.

9. Dixit itaque Joab ad Amasam: Salve, mi frater. Et tenuit manu dexterâ mentum Amasæ, quasi osculans eum.

10. Porrò Amasa non observavit gladium quem habebat Joab, qui percussit eum in latere, et effudit intestina ejus in terram; nec secundum vulnus apposuit, et mortuus est. Joab autem et Abisai frater ejus persecuti sunt Seba filium Bochri.

11. Interea quidam viri cùm stetissent juxta cadaver Amasæ, de sociis Joab, dixerunt: Ecce qui esse voluit pro Joab comes David.

12. Amasa autem conspersus sanguine jacebat in mediâ viâ. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, et amovit Amasam de viâ in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum.

13. Amoto ergo illo de viâ, transibat omnis vir sequens Joab ad persequendum Seba, filium Bochri.

14. Porrò ille transierat per omnes tribus Israel in Abelam et Beth-Maacha;

fermées dans une maison, où il leur faisait donner ce qui leur était nécessaire, et il ne s'approcha plus d'elles, mais elles demeurèrent ainsi enfermées, vivant comme veuves, jusqu'au jour de leur mort.

4. Le roi dit alors à Amasa: Faites-moi venir dans trois jours tous ceux de Juda, et trouvez-vous-y avec eux.

5. Amasa partit donc pour assembler Juda; mais il tarda au-delà du temps que le roi lui avait marqué.

6. David dit donc à Abisai: Séba, fils de Bochri, va maintenant nous faire plus de mal que ne nous en a fait Absalom; c'est pourquoi prenez avec vous tout ce que j'ai de troupes ici, et poursuivez-le, de peur qu'il ne se rende maître de quelques places fortes, et qu'il ne nous échappe.

7. Il partit donc de Jérusalem, accompagné des gens de Joab, des Céréthiens et des Phélethiens, et de tous les plus vaillants hommes, afin de poursuivre Séba, fils de Bochri.

8. Lorsqu'ils furent près de la grande pierre qui est à Gabaon, ils rencontrèrent Amasa, qui venait trouver le roi. Joab était revêtu d'un habillement étroit, qui lui était juste sur le corps, et par-dessus il avait son épée pendue au côté dans un fourreau fait de telle sorte qu'on pouvait la tirer et en frapper en un moment.

9. Joab dit donc à Amasa: Je vous salue, mon frère. Et il prit de sa main droite le menton d'Amasa, comme pour le baiser.

10. Et comme Amasa ne prenait pas garde à l'épée qu'avait Joab, Joab l'en frappa dans le flanc, et répandit ses entrailles sur la terre; et, sans qu'il fût besoin d'un second coup, il tomba mort. Joab et Abisai, son frère, continuèrent de poursuivre Séba, fils de Bochri.

11. Quelques-uns des gens de Joab, s'étant arrêtés près du corps d'Amasa, disaient: Voilà celui qui voulait être général de David au lieu de Joab.

12. Cependant Amasa, tout couvert de son sang, était étendu au milieu du chemin. Mais quelqu'un, voyant que tout le peuple s'arrêtait pour le voir, le tira hors du chemin dans le champ voisin, et le couvrit d'un manteau, afin que ceux qui passaient ne s'arrêtassent plus à cause de lui.

13. Lors donc qu'on l'eut ôté du chemin, tout le monde marcha après Joab, et poursuivit Séba, fils de Bochri.

14. Séba, ayant passé au travers de toutes

omnesque viri electi congregati fuerant ad eum.

15. Venerunt itaque, et oppugnabant eum in Abela et in Beth-Maacha, et circumdederunt munitionibus civitatem, et obsessa est urbs; omnis autem turba quæ erat cum Joab moliebatur destruere muros.

16. Et clamavit mulier sapiens de civitate: Audite, audite; dicite Joab: Appropinqua huc, et loquar tecum.

17. Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Joab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: Audio.

18. Rursùmque illa: Sermo, inquit, dicebatur in veteri proverbio: Qui interrogant, interrogent in Abela; et sic perficiebant.

19. Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel? et tu quæris subvertere civitatem, et evertere matrem in Israel. Quare præcipitas hæreditatem Domini?

20. Respondensque Joab ait: Absit, absit hoc à me: non præcipito, neque demolior.

21. Non sic se habet res; sed homo de monte Ephraim, Seba, filius Bochri cognomine, levavit manum suam contra regem David; tradite illum solum, et recedemus à civitate. Et ait mulier ad Joab: Ecce caput ejus mittetur ad te per murum.

22. Ingressa est ergo ad omnem populum, et locuta est eis sapienter; qui abscisum caput Seba filii Bochri projecerunt ad Joab. Et ille cecinit tubà, et recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua; Joab autem reversus est Jerusalem ad regem.

23. Fuit ergo Joab super omnem exercitum Israel; Banaïas autem filius Joiadæ super Cerethæos et Phelethæos;

24. Aduram verò super tributa; porrò Josaphat filius Ahilud à commentariis;

25. Siva autem scriba; Sadoc verò et Abiathar sacerdotes;

26. Ira autem Jairites erat sacerdos David.

les tribus d'Israël, était allé à Abéla et à Beth-Maacha; et tous les hommes choisis d'Israël s'étaient ralliés auprès de lui.

15. Joab et ses gens vinrent donc assiéger Abéla et Beth-Maacha. Ils élevèrent des terrasses autour de la ville, et l'investirent; et tous les gens de Joab travaillaient à saper la muraille.

16. Alors une femme de la ville, qui était fort sage, s'écria: Ecoutez, écoutez: Dites à Joab qu'il approche, et que je veux lui parler.

17. Joab s'étant approché, elle lui dit: Etes-vous Joab? Il lui répondit: Je le suis. — Ecoutez, lui dit-elle, les paroles de votre servante. Il lui répondit: Je vous écoute.

18. Elle ajouta: On disait dans un ancien proverbe cette parole: Que ceux qui cherchent un bon conseil le demandent à Abéla; et ils terminaient ainsi leurs affaires.

19. N'est-ce pas moi qui dis la vérité dans Israël à ceux qui me la demandent? Cependant vous voulez ruiner cette ville si célèbre, et renverser une cité mère de tant d'autres. Pourquoi détruisez-vous l'héritage du Seigneur?

20. Joab lui répondit: A Dieu ne plaise! Je ne viens point pour ruiner ni pour détruire.

21. Ce n'est point là mon intention; mais je cherche un homme de la montagne d'Ephraïm, nommé Séba, fils de Bochri, qui s'est soulevé contre le roi David; rendez-nous seulement cet homme, et nous nous retirerons. Cette femme répondit à Joab: Sa tête va vous être jetée par-dessus la muraille.

22. Elle alla ensuite trouver tout le peuple, et elle leur parla si sagement qu'on coupa la tête à Séba, fils de Bochri, et qu'on la jeta à Joab. Il fit aussitôt sonner la retraite; l'armée leva le siège de devant la ville, et chacun s'en retourna chez soi. Joab revint trouver le roi à Jérusalem.

23. Joab était donc général de toute l'armée d'Israël; Banaïas, fils de Joiada, commandait les Céréthiens et les Phéléthiens;

24. Aduram était surintendant des tributs; Josaphat, fils d'Ahilud, avait la garde des registres;

25. Siva était secrétaire, Sadoc et Abiathar prêtres,

26. Et Ira de Jaïr, en Galaad, était prêtre de David.

VERS. 1. — ACCIDIT QUOQUE UT IBI ESSET VIR BELIAL. Inter illos, quos cum viris Juda juratos esse diximus, fuit Seba, qui, ut apparet, in Absalomis exercitu unus erat à principibus, et fortassè, uno excepto Amasà, omnium primus. Qui omnium ægerrimè tulit illam, quam ipse interpretabatur, injuriam. Accedebat ad hanc offensionem, quòd vir erat Jeminæus, id est, de tribu Benjamin, quæ propter Saulem è solio depulsum, minùs in Davidem afficiebatur æquè. Ille ergo insonuit buccinà, quod proprium est ejus, qui cum potestate est in militari republicà, et à Davidis studio populum tumultuantem avertit.

NON EST NOBIS PARS IN DAVID, NEQUE HÆREDITAS IN FILIO ISAI (1). Hæc verba sunt ejus, qui statuit cum altero nihil futurum esse negotii; et

(1) En même temps Séba sonna de la trompette, en disant: Nous n'avons point de part avec le fils d'Isai. Et tout Israël se sépara de David, et suivit Séba. La modération est une grande vertu, et l'aigreur des paroles a eu souvent d'effroyables suites. Nous en voyons ici un exemple remarquable. Les Israélites des onze tribus venaient de se révolter contre David pour faire régner Absalom au lieu de lui. Mais voyant que Dieu avait pris la protection du roi légitime, et qu'il avait détruit cette révolte en faisant périr Absalom, qui en était le chef, ils témoignaient vouloir effacer leur faute passée par de nouvelles marques de leur affection et de leur zèle pour le service de David. C'est ce qui les porte à se plaindre de ce que ceux de la tribu de Juda ne les avaient pas attendus, afin de se joindre à eux pour ramener tous ensemble le roi à Jérusalem. Des personnes sages et affectionnées aux véritables intérêts de David, auraient dû être ravies de ce changement des cœurs, que Dieu avait fait en si peu de temps dans un si grand peuple. Ils les auraient loués de leur zèle, et ils auraient pris plaisir de leur répondre avec des paroles obligantes. Mais ceux de la tribu de Juda font tout le contraire. Il paraît que le grand service qu'ils venaient de rendre à David, en le suivant dans son malheur comme dans sa prospérité, et le succès que Dieu avait donné à leurs armes, leur avait élevé le cœur. Ils répondent avec quelque sorte de fierté à ceux des onze tribus. Ce mépris apparent les met en colère, et s'étant trouvé là un séditieux, il les divise d'avec David, et il commence un soulèvement d'où pouvait naître un plus grand désordre que n'était celui que la mort d'Absalom venait d'apaiser.

Ainsi ce que dit le Sage se vérifie en cette rencontre: Que la langue cause quelquefois plus de meurtres que l'épée, et qu'elle a ruiné des villes et des provinces entières. Ceux de la tribu de Juda venaient de rétablir David en son royaume, et la seule indiscretion de leurs paroles les met en danger de perdre en un moment tout ce que leur courage et leur fidélité leur avait acquis.

(Sacy.)

puto formam habere proverbialem, quia hæc duo in simili deliberatione, atque consilio sæpè conjunguntur. Sed antequàm exempla ad hanc cogitationem idonea produco, observo, ubi Vulgatus hæreditas, Græcè esse κληροσ, quæ vox tam hæreditatem, quàm sortem significat, quam noster interpres modò sortem, modò hæreditatem convertit. Sic sanè Actorum 8, Petrus ad Simonem Magum: Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. Quibus verbis Petrus Simonem à fidelium communione abscidit. Quod valdè probabile censet noster Turrianus lib. 1, cap. 11, Constit. Apost. Quod docuisse videtur Petrus ipse in Canonibus Apostolicis can. 28: « Si quis, inquit, episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecuniam hanc obtinuerit dignitatem, etc. à communione modo omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à me Petro abscissus est. » Assiduitatem, et frequentem usum earum rerum, quæ voluptarios permulcent sensus, significabant illi, qui Sap. 2, v. 9: Nemo nostram exors sit luxurie nostræ: ubique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, et hæc est sors nostra. Hanc ego solemnem esse arbitror, et legitimam formam, quâ quis negat sibi cum aliquo futurum esse commercium, sive consortium, aut in negotiorum, aut gerendarum rerum societate, sive in conjugali nexu, sive etiam in familiâ, ac genere, à quo se quispiam totum alienat. Quare si filius genus abjuret, discedereque velit à parente, cujus ingenium durum ferre non potest, aut quia impedimento est, ne Deo in religione serviat, sic, opinor, cum patre ageret: « Non est mihi pars, neque sors, aut hæreditas in te. » Sic vir, qui dato libello uxorem repudiat, licet nihil ab Scripturâ sacrâ certum habeamus, dixisse hæc eadem verba videri potest, cum uxorem ex toro ac domo excedere jubet. Quo modo Romani legitimâ formâ uxori in solemni repudio dicebant: « Res tuas tibi habeto; res tuas tibi agito. » Aut quo modo dixit Apuleius, lib. 5 de Asino: « Confestim toro meo divorte, tibi que res tuas habeto. » Seu quo modo Plautus in Amphitruo Act. 3, scen. 2: « Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. » Idem credo sibi voluisse illos qui à Davide recesserunt, quasi nihil voluerint habere commune cum illo, neque ut subditi tributa dependere, neque ab ejus liberalitate expectare quicquam. Idem omninò dixerunt iidem Israelitæ, cum à Roboam Salomonis filio defecerunt, cujus imperio neque subesse voluere, neque

ab eo in minimâ quâque regulâ pendere. Ad quem legâti totius populi nomine lib. 3 Reg. cap. 12, v. 16: *Quæ nobis pars in David, vel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua, Israel; nunc vide domum tuam, David.*

VERS. 2. — ET SEPARATUS EST OMNIS ISRAEL A DAVID, SECUTUSQUE EST SEBA. Non difficile fuit persuadere discessionem populo, quem ambitionis æstus, et jactata utrinque convicia ad seditionem inflammabant. Quare omnes, quotquot ad illum usque locum regem deduxerant, in sua quique tabernacula profecti sunt. Qui sanè non videntur fuisse pauci, quando et Seba voluit se regi tunc adversarium ostendere; quod sanè non fecisset, nisi satis se videret contra aliorum multitudinem à copiis instructum. Et quidem David grave aliquid ex illâ discessionem timuit, quando dixit v. 6: *Num magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quam Absalom?*

VERS. 3. — TULIT DECEM MULIERES CONCUBINAS, ETC., ET TRADIDIT EAS IN CUSTODIAM (1). Rediit David stipatus viris Juda, qui illi ex tanto hominum conventu fideles adhæserant, et statim expiare voluit, quicquid domus regia ex violatis ab Absalom concubinis sordium contraxerat. Concubinis primùm ampliùs consuescere noluit, quia quodammodò filius incesto concubitu fecerat suas: neque præterea regiam dignitatem decebat, ut quas lædasset lascivus et petulans filius, illæ postea in thalamum patris, complexumque redirent. Deinde quia à regio cubili ad aliorum nuptias descendere parùm erat decorum: neque sperabat

(1) *Le roi étant revenu à Jérusalem, fit enfermer dans une maison les dix concubines qu'il avait laissées pour la garde de son palais, et elles demeurèrent ainsi comme veuves jusqu'au jour de leur mort.* David, en renfermant ces femmes, témoigne l'horreur qu'il avait d'un crime dans lequel elles avaient été engagées, et qu'on ne saurait assez détester. Si sa passion a maîtrisé autrefois sa raison, ici sa raison agit toute seule, et elle le rend un juge incorruptible dans une affaire qui le touche de si près, comme si elle lui était entièrement étrangère. Il a soin de celles qui avaient été ses femmes légitimes, mais il ne veut plus les voir. Il allie l'honnêteté avec l'humanité, et il satisfait à l'une sans blesser l'autre. Il met ces femmes dans une retraite qu'elles auraient dû choisir elles-mêmes, pour faire voir à tout le monde combien elles condamnaient cette abomination si scandaleuse qui s'était commise en leurs personnes à la vue de tout un peuple, et pour pleurer toute leur vie ou leur faute, si elles étaient coupables en quelque chose, ou leur malheur, si elles étaient innocentes.

(Sacy.)

rex prudens, et cautus, usque adeo pudicæ fore, et suæ famæ studiosas concubinas, ut si dimissæ forent, et suo sibi juri, ac voluntati relictæ, petulantium hominum libidini non succumberent: neque dubitabat futuros esse quamplurimos, qui illarum nuptias, aut consuetudinem ambirent. Ergo conclusit illas, non quasi captivas, et reluctantes, in carcerem, qui magni sceleris reos coerceat et punit, sed voluntarias, illasque de honestâ ac regiâ alimonia providit, quia satis nôrat eas vim illatam ab impudenti filio, licet maximè reluctantur animo, viribus tamen repellere non potuisse. Aluit itaque non aliter, opinor, quam apud nos hodiè aluntur in secessu, et claustro, Deo dicatæ virgines, aut certè quæ sub hæc tempora, cum honore, et, ut est verisimile, non invitæ in Salomonis templo, in destinato parthenone morabantur virgines.

VERS. 4. — DIXIT AUTEM REX AMASÆ: CONVOCATE MIHI OMNES VIROS JUDA IN DIEM TERTIUM. Nullus videbatur aptior ad convocandum viros ex tribu Juda, quam Amasa; tum quia ille erat ex eâ tribu, atque ideò apud suos contribules aliquid habebat auctoritatis, et gratiæ; tum quia cum viveret, et floreret Absalom, cui ex eâ tribu adhæserunt non pauci, ipse princeps erat militiæ, quo tempore seditiosorum animos demereri potuit. Jussus est ad diem tertium redire, sed cum res plus haberet difficultatis, quam principio videbatur, plusculum moræ in evocando populo ponendum fuit. Cum autem rex maturandum esse censeret, ut hostem opprimeret, aut serpentem conjurationem præcideret, advocavit Abisai, edixitque ut quamprimùm ex parato, atque domestico milite exercitum cogeret, quos hic appellat *servos domini sui*. Hic porrò dominus est David, cui aderant viri Cerethæi et Phelethæi, tum præterea sexcenti viri, qui Gethæi vocantur, quia cum Davide quondam morati sunt in Geth. Quibus sese socios adjunxerunt plures alii, qui erant in Jerusalem viri robusti. Neque facta est levis accessio ex his quos secum princeps exercitus adducebat Joab. (1)

(1) VERS. 5. — ABII ERGO AMASA, UT CONVOCARET JUDAM, ut scilicet ipse quasi dux exercitus pro Joab à Davide constitutus, per milites à tribu Juda Davidi et sibi adherentes rebellionem Sebæ in suo ortu comprimeret et suffocaret, ne si ei daretur tempus, adeo cresceret, ut separari non posset.

VERS. 6. — AIT AUTEM DAVID AD ABISAI: quia Amasa, qui abierat convocaturus ex Judâ exercitum, ultra triduum sibi à Davide præscriptum morabatur, nec redibat, timens

VERS. 8. — CUMQUE ILLI ESSENT JUXTA LAPIDEM GRANDEM, QUI EST IN GABAON. Lapis iste non est excisus è saxeo colle, sed collis ipse saxeus præfatus, illè, in quo erectum erat altare, et in quo fuerunt sæpè immolata victimæ; quod dicebatur excelsum Gabaon, de quo lib. 3 Reg. cap. 3, v. 4: *Abiit itaque (Salomon) in Gabaon, ut immolaret tibi: illud quippe erat excelsum maximum.* Cum ergo venisset exercitus ad illam rupem, occurrit Amasa, cum jam regia mandata complevisset, et viros Juda ad opprimendum novum illum hostem evocasset.

PORRO JOAB VESTITUS ERAT TUNICA STRICTA AD MENSURAM HABITUS SUI, ET DESUPER ACCINCTUS GLADIO DEPENDENTE USQUE AD ILIA IN VAGINA, QUI FABRICATUS LEVI MOTU EGREDI POTERAT, ET PERCUTERE. Hunc locum difficilem reddunt variæ translationes, quas hic primùm adducam, deinde vulgatam translationem, et sensum, quam poterò diligenter, expendam. Septuaginta sic reddunt: « Joab indutus mantelium vestimentum suum, et super illud accinctus gladio conjuncto super lumbum suum in vagina ejus. Et gladius exivit, et ipse exivit, et irruit. » Paulò aliter habent Complutenses codices. Pagninus, juxta codices Hebræos: « Joab autem erat accinctus tunica vestimenti sui, et super eam cingulum gladii adherentis lumbis ejus in vagina suâ, eumque egressus esset, tunc cecidit. » Tigurina: « Erat Joab accinctus tunica suâ, quæ erat indutus, super quam succinctus erat gladio, qui in vagina jugi in modum ad lumbos ejus pendebat, sic ut facillè exiret et excideret. » Cajetanus, ex Hebræi translatione, cujus operâ usus fuit: « Joab autem cinctus panno vestimenti sui, et super eum cingulum gladii applicati super lumbos ejus in vagina suâ: et ipse exivit, et cecidit. » Chaldaica paraphrasis: « Et Joab erat accinctus zonâ super vestimenta sua, et super eum erat balteus, et gladio erat accinctus super lumbos suos, in vagina suâ, et ipse ibat, et gradiebatur. » Hispanica translatio: « Joab venia armado sobre su vestimento, y encima cenia una espada aguda de amas partes sobre sus lomos en su bayna, e el salio, y cayo se el espada. » Expendere, atque explicare, quid quæque translatio sibi velit,

David ne Seba se roboraret contra eum, illicò præmisit Abisai fratrem Joab cum parte copiarum, quæ ad manum erat, ut illum persequeretur.

(Corn. à Lap.)

longum esset opus, nequè admodum necessarium. Tantùm expendam vulgatam translationem, quæ una instar omnium, et supra omnes est.

JOAB VESTITUS ERAT TUNICA STRICTA AD MENSURAM HABITUS SUI. Joab statuerat, cum obvium habuit Amasam, illum occidere; deposuit paludamentum, si quod erat, imperatoris insigne, ut à laciâ, et pondere vestimentorum expeditus non aggrediretur, perficeretque commodius. Sanè dùm dicit strictam esse tunicam, aliquid indicat in Joab, et in imperatore minus usitatum.

ET DESUPER ACCINCTUS GLADIO DEPENDENTE USQUE AD ILIA IN VAGINA. Supra tunicam, et non subtus gestabat gladium, ut illum magis haberet ad manum, quam in complexu simulato et calido habiturus videbatur impeditam. Gladius porrò ideò dicitur ad ilia dependere, quia, ut est verisimile, Hebræi milites sic accingebantur, ut non demitteretur gladius ad ilia, seu lumbos usque, sed altius, puta sub axillam, aut supra pectus, ut nonnulli gestant nostro tempore, aut certè infra, supra femur, ut alii nostrâ ætate communiter ferunt; et hoc verius, quia sæpè in sacris litteris audimus gladium esse super femur. Psal. 44: *Accingere gladium tuum super femur tuum, potentissime.* Et Cant. 3: *Unusquisque ensis super femur suum.* Si in femore gladium habuisset Joab, non commodè amplexatus Amasam, illum è vagina potuisset eximere.

QUI FABRICATUS LEVI MOTU EGREDI POTERAT, ET PERCUTERE. Accedebat aliquod præterea artificium, quo levi motu gladius eximeretur, imò et spontè egrediretur è vagina, et levi atque occulto impetu adversarium perfoderet. Quodnam fuerit hoc artificium, non assequor; certum tamen est aut ipsum sine manu, aut impetu stringi, imò et percutere posse adversarium, quod non videtur esse difficile, et probat quia ex eo loco pendebat, unde ad latus Amasæ, id est, ut Hebræus habet textus, ad quintam costam, adigi potuerit; ex ilibus enim Joab directò spectabat gladium ad Amasæ latus, id est, ilia, aut certè non ab ilibus procul. Sed credo manu eductum esse gladium à Joab; quod licet non omninò convincat, indicat tamen quod sequitur v. 10: *Porrò Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab, qui percussit eum in latere;* et Hebræus legit: *Non observavit gladium, qui in manu Joab.*

Josephus lib. 7, cap. 10 Ant., refert venisse Amasam cum exercitu magno (quod fortassè